Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Pariſius regia et inclita Galliaruꝫ vrbs
in Senonenſi prouincia poſt Troyanū
excidiū habuit inicium. Nam parides
cum Enea e troya ſecedens: vnaqꝫ cum francōe
hectoris filio in Galliaꝫ ꝓficiſcens iuxta ſequa
ne fluuium conſedit et ibi populum conſtituēs
a ſe pariſios nominauit. Franci quidē ab origi/
ne Troiani fuerūt: Qui deleto Ilio duce priamo
magni pami ex ſorore nepote ꝑ pontū euxinū ⁊
Meothidas paludes ī ſcythiā ꝑuenere. Ibiqꝫ ci
uitatem quā Sicambriam vocauere edificarunt
Quo iñ gentem magnā coaluerūt. Manſeruntqꝫ
romanis vectigales vt aliꝫ ſcythe vſqꝫ ad tem
pora valētiniani Ceſaris. Quo imperante Ala
ni vexare imperiū ceperunt. Eo tpe libertatē in
decēnium imperator ꝑmiſit vt alanorum feroci
tatem cōpeſceret. Allecti eo premio ſicambri ar/
ma ſumpſerunt. et alanos victos bello deleuere
Ideo libertati donati mutato nomīe franci ap/
pellati: quod attica lingua. ſiue feroces. ſiue no
biles ſonat. Itali frācos liberos vocāt. Exacto
decennio: cum romani ſolita tributa repeterēt:
franci ob eam libertatem effrenes facti parere
recuſarunt. Hoc ergo francorum genus cum ex
ſcythia in germaniam veniſſet: Ibiqꝫ diu con-
ſediſſet germanicum effectam eſt. Verum cū cre
ſceret imperiū ita et francia aucta eſt adeo vt to-
ta gallia ferme et magna germanie pars a mon
tibus pirreneis vſqꝫ ad pānonie terminos fran
cia diceretur. Naꝫ quicquid francis ſuberat frā/
cia vocabatᷣ. Et in duas partes diuiſa fuit. Nā
quod eſt gallie. occidentalis francia dicebatur:
quod germanie orientalis. Hec gens ſub Caro
lo magno romanum imperium meruit. Qui af
flictam lambartico bello ſedem apoſtolicam cō/
ſolatus eſt. Sunt multi qui francos eos ſolum-
modo eſſe volunt. Qui circa pariſius habitant.
Et illis datum imperium eſſe volunt quos recti
us francigenas quis appellauerit. Que vrbs ꝑ
tempora a regibus habitata in maximam ⁊ po
tentiſſimam euaſit ciuitatem. Cui poſtmodum
Carolus cognomēto magnus ob loci cōmodi-
tatem imperiali diademate ſuſcepto romanoruꝫ
vniuerſale Gymnaſium condidit. Et a dyoniſio
Ariopagita epiſcopo ab aplis eo vna cum Ru/
ſtico et Eleuterio dyacono predicationis gratia
directo ſacrum xp̄i euangelium ſuſcepit. Et ibi
coronā martirij ſuſtinuit. Ornatᷣ hec ciuitas cla
riſſima reliquijs bathildis regine: et Auree vir
ginis aliorumqꝫ plurimorum martyrum.

Pariſius